



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

14. Metallorum monstra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

(contra naturam luminis, alioqui non diutiùs perseverantis, quàm à præfente corpore luminoso confervatur) etiam à sole, vel lucerna remotus, & in obscuro loco, aut pileo aspectus adhuc velut ardens lumen retineret.

XIV.

In metallis quoque pro monstro habitum est, quòd, imminente Romanis primo civili bello, mures *aurum* in templo roferint, & capta ex his femina quinos masculos in municipula enixa sit, quæ tres ex illis devoravit; *tubarumq;* clangor in aère concreperit. Nequaquam aliàs auro mures, sed fures insidiantur; & tubarum clangor in aère, ob ipsam tubarum & tubicinum absentiam est prodigiosus; sicut & in *nonis*

1. Cor. 15. 52.

fima tuba erit. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Talia in ære signa multa contigerunt, si miracula pro monstris essent habenda, quæ non naturæ, sed diuinæ potentie effectus, quia naturæ vim ordinemque excedunt, non immerito prodigia saltem vocantur, tamen si vera monstra non sint, cum non sint naturæ aberrantis. Duo eiusmodi exempla, paulo infra referemus, de significato monstrorum acturi. Hac sola hic abundè nos excitare possunt, ad laudes Domino dicendas, *qui facit mirabilia.*

Iudic. 13. 19.

XV.

Valer. Max.
lib. 1. cap. 6.
Plin. lib. 8.
Nat. hist. c. 18

Viuentium plura occurrunt vel ficta, vel vera monstra; & in plantis quoque. Sic in Boeotia derosæ à locustis sicut germinauerunt. Sic Laodiceæ, adueniente Xerxe, platanus in oleam mutata est. Sic Neronis principatu arbores dicuntur sedem mutauisse. Sic Trallibus, in eade Victoriæ, palma viridis, sub Cæsaris statua, inter coagmenta lapidum iustæ magnitudinis enata est. P. Ælio, Cn. Cornelio Coll. quo anno superatus est Annibal, in arboribus nata sunt frumenta. Et C. Lepidus, apud Plinium testis est, arbores locutas, ac olius in totum ambusta reuixit. Quæ, si vera sunt, idem de his arboribus sentiendum est, quod de quercu Dodonæa Stygijs arboribus loquace. *Prope Harlemsium, ait Ionstons, Rhabarbarum Anno 1585. erutum, humanam manum cum unguibus, & distimulissimis digitorum lineamentis obtinens. Piceturam Leida, apud D. Bodarcium vidimus.* Putantur quedam prodigiosa, quia insuetæ nobis, licet consuetæ naturæ. Ita sub imperio Prece Ioannis

Herodot. l. 2.
Ionstons. in
admirand.
cap. 35.